



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

Kolb, Gregor

Rottwilae, 1725

VD18 12054054

V. D. Celsvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

S E C U L U M II.

III. D. MATERNVS.

Qualis quantusque fuerit D. Maternus, docuere jam gesta D. Eucharitii superius compendio data. Colonienfibus fimul & Tungris Apoftolus miffus, vitam vixit Apoftolicam, & vivere docuit Christianam. Annis tot vixit Epifcopus, quot diebus in fepulchro delituit, mortuus nimirum 40. Año itaque alterius Seculi 28. dum Coloniae in caelos evolauit beata anima, corpus miraculis conspicuum Coloniae Treuiros ascendit, ut quos Deus conjunxit inter vivos, mors non feperaret inter mortuos.

IV. D. AVSPICIVS.

DMaterno in Sede Treuienfium fuceffiffe D. Aufpici- um, Author & testis eft Methodius, cuius testimonio • perfuafi Martyrem dicimus, & testanti Ecclefiae credimus; quo autem mortis genere aut tempore mortem Martyr gloriosus vicerit, ignoramus.

V. D. CELSVS.

Poft S. Aufpicium felici forte aufpicatus Epifcopatum Tre- virenfem S. Celfus feliciori morte finiit: postquam vide- licet non nisi 13. annis, cum multis jam Christiano- rum hoftibus, armis certavit facris, inter Martyres Dux ftetit, dum cecidit an. 142. 23. Februarii. Seculo dein X. ejufdem re- liquias Egbertus Archipraeful laudatiffimus e fepulchro eruit, atque in editiori loco collocavit, quibus debitum fuum honorem exhi- bendum effe fuaserunt miracula, nimirum & odor & ignis caelestis, cum hic illaefas fervaret, ille infirmis vires & spiritum daret.